# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Residiuatio f
## cum fonte primo

Qui gaudet in bonis que inuenit, et recordatur mala que euasit, difficile redit ad malum.

Idem (Crisostomus) super Mattheum.

Id est: qui de Christo ad diabolum transeunt per peccatum, frequenter per poenitentiam revertuntur ad Christum: qui autem relicto diabolo venit ad Christum, difficile revertitur ad diabolum: quia qui numquam fuit in malis, sed in innocentia, dum nescit quid sit malum, facile decipitur, et transit ad diabolum: sed cum expertus fuerit malum quod invenit, et recordatus fuerit bonum quod perdidit, compunctus redit ad Deum unde recessit; qui autem in malis fuerit, et conversus est ad bonum, dum gaudet de bonis quae invenit, et recordatur mala quae evasit, difficile redit ad malum.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 2 (PG 56, col.643).